Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



98

In illo tempore. Dom. iii. in xl. Lect. sci euang. sec. luca.
Erat iesus eiciens demonium. et illud erat mutum. Et cum eiecisset
demonium. locutus est mutus. Et admirate sunt turbe. Et rel.

Bede pbri

Demonia cui iste apud matheum non solum mutus sed et cecus
fuisse narrat. curatusq; dr. adno. ita ut loqueret. et uideret.
Tria generalia signa simul in uno homine ppetrata s. cecus uidet.
mutus loquit. possessus demone liberat. Quod et tunc quidem
carnalit factum est. sed et cotidie cpletur in cuersatione cre
dentium. ut expulso primum demone fidei lum aspiciant. deinde
ad laudes di tacentia pri ora laxent. Quida aut ex eis dixerunt:
In beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Non hoc alii
de turba sed pharisei calumniabant. et scribe. sic alii euangelie
testant. Turbis quippe que minus erudite uidebant dni sep
facta mirantib; illi cont. uel negare hec uel que negare nequi
uerant sinistra intpretatione puertere laborabant. quasi hec
n diuinitatis sed inmundi spc opera fuissent. idest beelzebub
qui dicitur accaron. nam beel quidem ipse est baal. zebub autem
musca uocat. nec iuxta queda mendosa exemplaria .l.
littera uel d. in fine est nominis legenda sed b. Beelzebub ergo
baal muscarum id: uir muscarum siue habens muscas interpratur.
ob sordes uidelicet immolatarum eruorum. ex cuius spurcissimo
ritu uel nomine principem demoniorum cognominabant. Et
alii temptantes signum de celo querebant ab eo. uel in more
helie ignem de sublimi uenire cupiebant. uel in similitudinem
samuelis tempore estiuo mugire tonitrua. coruscare ful
gura. imbres ruere. quasi n possint et illa calumniari et dice
re ex occultis et uariis passionib; aeris accidisse. At tu qui